Duo exemplaria tabernaculi quæ seorsim delineanda sunt, conjunctim habes in A. Utrisque deservit eadem reticulatio, quam suis numeris insignivimus. Postquam ergo designaveris amplitudinem totius ædificii, cum proportione ad ipsam reticulabis pavementum B aulæ cujuspiam quod capiat rem totam, ascriptis iisdem numeris quos habet exemplar: ejusque retis ope, ducentur in pavimento lineæ terminativæ totidem membrorum, quot futura sunt telaria exprimentia faciem externam tabernaculi. Ubi hæc parata fuerint, singula disponentur exactè suis locis in ipsomet pavimento; ac funiculis colore nigro imbutis, repetetur in telariis eadem reticulatio, additis ad libitum pluribus visualibus; quarum adjumento dum seorsim pinguntur telaria, duci queant rectæ tendentes ad punctum oculi seu perspectivæ. Alia quoque reticulatio super pavimento necessaria est pro interna facie tabernaculi: ac duæ reticulationes pavimenti eam inter se proportionem habebunt, quam habent divisiones rectarum IL, EF figuræ 61. Hujus retis ductu fient lineæ terminativæ telariorum cum reliquis ut jam indicavimus.

Juxta hanc methodum nequeunt duci lineæ terminativæ interioris faciei, nisi fiat in pavimento aliud rete deleto priori, quod esset valdè laboriosum. Postquam ergo ex vestigio figuræ 59 eruta sint duo Exemplaria, in exemplar faciei externæ transferatur recta PC figuræ 61, in exemplar faciei internæ transferatur recta BC. Si autem recta PC divisâ fuerit in 15 partes æquales, dividetur BC in 15 partes æquales, atque ope harum divisionum reticulare oportebit utrumque exemplar. Porro licet quadrata in reti exemplaris faciei externæ sint majora quadratis exemplaris internæ faciei, nihilominus idem rete pavimenti deserviet producentis lineis terminativis utriusque faciei. Quæ dicta sunt de duobus exemplaribus, valent de aliis quotcunque. Ex. gra. si construere placeat 5 ordines telariorum, fient 5 exemplaria in papyro. Si in omnibus exemplaribus usurpetur eadem reticulatio, in pavimento facere oportet 5 diversas reticulationes. Si autem in exemplaribus fiant 5 diversæ reticulationes, in pavimento sufficit una reticulatio.

Curandum est ut singula retis quadrata in telariis sint exacta, omnesque illorum anguli sint recti. Modus expeditissimus faciendi angulos rectos est hujusmodi. Posito uno crure circini in puncto F lineæ rectæ EF, alioque eruere posito ubilibet in O, fiet circulus GFI, & ex puncto G diameter GI. Si recta HF transeat per puncta I & F, est normalis ad EF.

Die zwey und sechsstigste Figur.

Wie man die Tuch-Wände oder Getäßel/ die ein dichtes Gebäu vorstellen sollen/gettern müsse.

Die zwey Tabernackel-Risse/ deren jeder sonst beysonders gemacht werden solle/ habe ich hier in A beyssamen gelassen: und kan man sich zu allen beyden einerley Getters / so mit seinen Zahlen bezeichnet ist/ bedienen. Wann man dannhero die Größe des ganzen Gebäudes fest gestellt hat/ so hat man nach derselben Proportion ein gleichförmiges Getter auf dem Bogen B irgends eines Saals/ der zu dem ganzen Werk Raum und Weite genug hat/ zu verfertigen/ und die Zahlen beyzusetzen/ die mit denen in dem Riß befindlichen Zahlen übereinstimmen. Vermittelt dieses Getters nun können so dann auf besagten Boden oder Esterich die Endungs-Linien oder Umbrisse so vieler Stücke/ als viel der Tuch-Wänden seyn/ die das vordere Theil des Tabernackels vorstellen/gezogen werden. So balden aber solches verrichtet/so wird ein jedes Stück auf den Bogen hin an sein gehörig Ort gelegt / und auf denselben mit einer in schwarzer Farb genehter Schmir das Getter angezeichnet; ferner auch zerschiedene Gesichtslinien nach eigenem Belieben gezogen/ damit dieselbe/ wann ein jedes Stück besonders gemahlt wird/ die Anweisung geben mögen/ die Linien nach dem Aug-oder Perspectiv-Punct zu ziehen. Im übrigen ist nöthig/ daß man zu dem innern oder andern Theil des Tabernackels auf dem Boden noch ein ander Getter aufreisse; und sollen die zwey Getter auf dem Boden eben die Proportion untereinander haben/ die sich bey denen Abtheilungen der Linien IL, EF in der 61sten Figur befindet. Und vermittelst dieses Getters werden die Endungs-Linien oder Umbrissen an den Tuch-Wänden/ wie auch alles übrige gemacht.

Wann man aber sothaner Regul nachgehen wolte / so könten die Umbrisse an dem innern Theil nicht gezeichnet werden/ es wäre dann zuvor auf dem Boden ein anders Getter gerissen/und das erste ausgehölet; welches sehr mühsam und beschwerlich fallen würde. Deswegen nachdem man vorhero aus dem Grund der 59sten Figur die zwey Risse hergenommen / so solle auf den Riß des vordern Theils die Linie PC, und auf den Riß des innern Theil die Linie BC getragen werden. Ist nun die Linie PC, in 15 gleiche Theile getheilet/ so muß die Linie BC, auch in 15 gleiche Theile getheilet/ und mittelst dieser Abtheilungen alle beide Risse gegettert werden: und ob schon die viereckichte Felder des Risses an dem vordern Theil grösser seyn/ und die Felder des Risses an dem innern Theil / so dienet doch eben ein Getter auf dem Boden darzu/daß man die Umbrisse an allen beyden Theilen dardurch zeichnen und machen kan. Was aber hier von denen zweyen Rissen gemeldet ist das versteht sich auch von den andern/so viel ihrer seyn mögen. Zum Exempel will man 5. Reihen von Tuch-Wänden aufrichten/ so müssen auch 5. Risse auf dem Papier verfertigt werden: und wann mans schon zu allen Rissen sich nur eines Getters bedient/ so müssen doch auf dem Boden 5. zerschiedene Getter gerissen werden: hergegen wann man bey allen Rissen 5. zerschiedene Getter gebrauchet/so hat man auf dem Boden an einem einigen schon genug.

Es ist aber Fleiß anzuwenden / daß alle und jede viereckichte Felder auf den Tuch-Wänden ganz genau Winkelrecht gemacht seyen. Solches nun auf das geschwindeste zu verrichten / geschicht folgender massen: wann man eine Spitze des Zirkels auf der Linie EF in dem Punct F stellet/ und die andere Spitze in O nach Belieben hinsetzet/so ziehet man alsdann den Kreyß GFI, und aus dem Punct G den Diameter GI: falls nun die Linie HF durch die Puncten I und F gezogen wird/ so kombt sie mit EF Winkelrecht zu stehen.

FIGURA LXIII.

Vestigia ædificii quadrati.

Vestigium Geometricum A hujus ædificii habet in B suam deformationem. Discrimen inter pilas C & D oritur ex eo, quod in B posita sint vestigia stylobatarum, in D autem posita sint vestigia coronicum.

Die drey und sechskigste Figur.

Der Grund eines viereckichten Gebäudes.

Der Geometrische Grund A dieses Gebäudes ist in B perspectivisch gerissen. Der zwischen den Pfeilern C und D ereigende Unterscheid aber kombt daher/ daß man in C den Grund der Fuß-Bestell/ und hergegen in D den Grund der Gesämbse angezeigt.

Figura 63.




Figura 64.



FIGURA LXIV.

Ædificium quadratum.

EX deformatione vestigii & elevationis, methodo consueta eruitur imago totius ædificii, quæ potest esse exemplar aræ maximæ alicujus Ecclesiæ. Hanc machinam non sine communi approbatione aliquoties adhibui in apparatu 40 horarum, locum in medio facuum occupantibus angelis cum nubibus, addita figuram aliquot copia in parte inferiori. Modus faciendi in tellariis remotioribus ab oculo partem tholi rotundi quam hic vides, deducitur ex iis quæ tradidimus in projectione circulorum.

Die vier und sechskigste Figur.

Ein viereckichtes Gebäu.

Dieses ganze Gebäu/so für ein Muster eines Haupt-Altars in einer jedweden Kirchen dienen kan/ ist gewöhnlicher massen aus dem perspectivischen Grund und Auffziehung hergenommen: und habe ich dasselbe öftters zu allgemeinen Vergnügen in denen 40. Stunden also vorgestellet/ daß in dem mittlern leeren Platz einige Engel auf Wolcken/ und besser unten etwelche andere Figuren zu sehen gewesen. Wie man aber auf den Tuch-Wänden/ die zimlich weit von dem Aug entfernt stehen/ daß hier angezeigte Stück von der Kuppel mahlen oder zeichnen solle/das ist aus dem jenigen zu erlernen/ was oben von perspectivischer Auffreißung der Zirckel vermeldet worden.

FIGURA LXV.

Vestigium ædificii rotundi optice imminutum.

Qui sedulam operam in circulis deformandis non posuerint, eosque minimo negotio ex usu describere nequiverint, frustra conabuntur projicere vestigia ædificiorum rotundorum. Ad vitandam confusionem proderit in vestigio notare primum lineas occultas membrorum præcipuorum, iisque translatis in elevationem, addere sensim reliquas. Hac industria ego ipse in hoc schemate usus sum. Quum autem experimento didicerim summam arduitatem harum descriptionum, aliam regulam adhibere jam diu cæpi, quam ut supra diximus, in aliud opus reservamus.

Die fünff und sechsckigste Figur.

Der Grund eines runden Gebäudes im Perspectiv.

Wer sich nicht fleißig in perspectivischer Zeichnung der Zirckel geübet / und demnach wegen solch unterlassener Übung dieselbe nicht weißt ohne grosse Mühe aufzureissen / der wird es auch nimmer dahin bringen können / daß er ein oder andern Grund von runden Gebäuden perspectivisch vorstelle. Alle Confusion und Verwirrung aber hierbey zu vermeiden / ist nicht unthunlich / daß man erstlich in den Grund die blinde Linien der fürnehmsten Stücke verzeichne / und hernach / wann sie auf die Aufziehung übertragen worden / alsdann auch nach und nach die übrige beyrücke ; und eben dieses Handgriffs hab ich mich gleichfalls in gegenwärtiger Figur bedienet. Nachdem aber nichts desto weniger durch eigene Erfahrung wahr gendinnen / wie sehr schwer es mit Zeichnung runder Dingen daher gehe / so hab ich schon vor längstest angefangen / eine andere Regul oder Handgriff hierzu zu gebrauchen / davon in einem andern Werck (wie oben gemeldet) als wohin ich es verspahre / Anregung geschehen solle.

Figura 65.




Figura 66.




FIGURA LXVI.

Projectio adificii rotundi.

Mirifice oculis imponunt imagines rerum rotundarum, si omnibus resectis quæ ad eas non pertinent, exacte delineatæ ac depictæ fuerint. Hanc figuram ex vestigio eruere oportebit methodo consueta, eamque in templo S. Ignatii Collegii Romani construxi pro feria V & VI hebdomadæ sanctioris. Intra arcum super altari locus erat urnæ sepulchrali cum venerabili Sacramento. Sub altari visebatur simulacrum Christi Domini è cruce depositi: in medio columnarum imago B. Virginis dolentis; super balaustris Angeli lugentes, cum instrumentis cruciatuum Salvatoris.

Die sechs und sechskigste Figur.

Rundes Gebäu im Perspectiv.

Wann runde Sachen wohl gezeichnet/ und hernach meisterlich gemahlt/ auch davon/ was nicht darzu gehört/ hinweg gethan worden/ so können die Augen oder das Gesicht recht wunderbarlich damit betrogen werden. Gegenwärtige Figur muß man auf die gemeine Weis aus ihrem Grund hernehmen: und habe ich selbige in der Kirchen St. Ignatii zu Rom auf den Grünen Donnerstag und Charfreytag selbstem auch auffgerichtet. In der Mitten des Bögens stunde der Begräbnuß-Topff sambt dem Sacrament: unter dem Altar war des von dem Creuß abgenommenen HErrn Christi Bildnuß zu sehen: Zwischen und in der Mitte der Säulen/ zeigte sich das Bild der Schmerg-vollen Jungfrauen Mariæ; und auf den Pfeilern stunden trauende Engel/ welche die Instrumenten von der Passion in den Händen hielten.

FIGURA LXVII.

Vestigium Geometricum ac prima præparatio ad figuram 71.

EGregiam adeo speciem præsetulit, atque oculis adeo imposuit machinam quam construxi Anno 1685, pro supplicatione 40 horarum in Templo urbis Farnesiano, ut decreverim satisfacere studiosis, publici juris faciendo non modo imaginem totius ædificii, sed etiam illius vestigia & elevationes: quæ omnia eâ diligentia delineavimus, veluti opus ipsum non pennicillo colorandum, sed lapidibus extruendam fuisset. Spatia nigrantia soliditatem designant parietum & columnarum. Ceteræ lineæ sunt crepidines stylobatarum & coronicum. Initium delineationis fiet ab iis membris, ex quibus oriuntur lineæ occultæ positæ in A (quæ autem dicuntur de hac medietate, intelligi debent de alia) ne multitudo linearum confusionem pariat. In B lineæ curvæ occultæ sunt vestigium tholi qui complet summitatem ædificii. Vestigium C exhibet ambulacrum interius. Omisimus autem vestigium theatri, quia paginæ angustia illud non capit.

Die sieben und sechszigste Figur.

Geometrischer Grund und erste Vorbereitung zu der 71sten Figur.

DS hat die jenige Machina/ so ich Anno 1685. zu dem 40stündigen Gebett in der Farnesischen Kirchen zu Rom auffgerichtet/ ein so vortreffliches Ansehen gehabt/ und das Auge dermassen artig betrogen/ daß ich mir dahero vorgenommen/ nicht nur den Riß des ganzen Gebäudes/ sondern auch dessen Grund und Auffziehung zur Vergnügung der Liebhaber öffentlich bekand zu machen/ und vorzustellen: welches alles ich dann auch mit solchem Fleiß gezeichnet/ nicht anders als wann ich das Werck selbst nicht mit dem Pinsel mahlen/ sondern mit Steinen hätte aufführen müssen. Die schattierte Spatia zeigen den dichten Stand der Mauern und Säulen an: die übrige Linien aber bedeuten die Randungen der Fuß-Gestell und Gesämbse. Damit nun die Vielheit der Linien keine Confusion oder Verwirrung verursache/ so habe ich die jenige Stücke zu zeichnen angefangen/ aus welchen die blinde Linien auf der Seite A ihren Ursprung hernehmen (was aber hier von dieser Helffte gesagt wird/ das versteht sich auch von der andern.) Die blinde krumme Linien in B seyn der Grund zu der Kuppel/ so zu oberst auf das Gebäu gesetzt ist. C ist der Grund der innern Gallerien: der Grund aber zu dem Theatro, weilen das Blatt hierzu zu klein/ hat müssen ausgelassen werden.




Figura 67.








FIGURA LXIX.

Deformatio vestigiū figuræ 67, & præparatio tertia ad figuram 71.

Artificium projectionis vestigiū hujus, explicatam à nobis est figura 42. Nimirum ut parallelæ sint invicem distantiores, lineam plani deorsum protraximus, ut ex intuitu figuræ statim cognosces.

Die neun und sechskigste Figur.

Perspectivischer Grund der 67sten Figur/ und dritte Vorbereitung
zu der 71sten Figur.

Wie man diesen Grund der Kunst nach in das Perspectiv bringen solle/ ist in der 42sten Figur vermeldet worden; und bestehet der Kunst-Griff darbey darinnen/ daß man die Grund-Linie abwärts fortziehe/ damit die Parallel-Linien weiter von einander zu stehen kommen; wie solches aus Betrachtung der Figur genugsam erhellet.

Figura 69.




Figura 70.



FIGURA LXX.

Deformatio elevationis figuræ 68, & preparatio quarta ad figuram 71.

QUæ dicta sunt de projectione vestigii nostri ædificii, habent locum in elevatione. Nimirum ut parallelæ, invicem notabiliter distarent, usi sumus in dustria quam declaravimus figura 42.

Die siebenzigste Figur.

Perspectivische Aufziehung der 68sten Figur/ und vierdte Vorbereitung zur 71sten Figur.

WAs von der perspectivischen Grund-Zeichnung unsers Gebäudes gemeldet worden/ daß hat man eben auch von der Aufziehung zu verstehen: Dahero/ weil ich wollte/ daß die Parallel-Linien in einer merklichen Weite von einander abständen/ ich mich des Kunst-Griffs bedienet/ dessen in der 42sten Figur von mir Meldung geschehen.

FIGURA LXXI.


*Theatrum representans Nuptias Canæ Galilæe, constructum Romæ Anno 1685.
in expositione Ven. Sacramenti in Templo Varnesiano Societatis Jesu.*

EX antecedentibus præparationibus eruimus projectionem nobilis hujus Architecturæ, quæ oculos implebat tum ad lucem solis diurnam, tum præcipue ad lumen candelarum; ex quibus multæ palam erant expositæ, aliæ omnino latebant, ut illuminarent sex diversos ordines telariorum quibus tota machina constabat, non computando in hoc numero telaria, quæ in medio arcus maximi exprimebant nubes refertas Angelis adorantibus venerabile Sacramentum. Nubes istas omisimus, ne absconderentur partes interiorum ædificiorum. In disponendis autem ordinibus telariorum, servatus est modus quem declaravi figuram 61 & 62; ac præterea in eligenda eorum distantia curatum fuit, ut candelæ in parte postica telariorum collocatæ, illuminarent faciem telariorum interiorum. Porro quot membra præcipua in duabus faciebus majoribus, totidem distincta telaria numerabuntur, quorum proinde connexiones discerni vix poterant; eorumque aliquot paria ferreis hamulis copulata erant, ut explicari ac replicari possent; ad faciliorem tractationem diuturniorumque conservationem.

Qui huc usque sequuti me fuerint, nihil dubito quin suum inter felicissimè sint prosequuturi, atque opera his nostris majora melioraque inventuri.

Die ein und siebenzigste Figur.

Ein Theatrum/ so die Hochzeit zu Cana in Galilea vorstellet/ und Anno 1685. bey Aufsetzung des Sacraments in der Sarnesischen Jesuiter Kirchen zu Rom auffgerichtet worden.

 Diese vortreffliche Architectur oder Gebäude ist aus denen vorhergehenden Vorbereitungen hergenommen/ und hat selbiges nicht nur bey Tag/ sondern auch fürnehmlich bey Nacht/ und dem Schein der angezündeten Kerzen das Aug ungemeyn vergnüget: dann es waren derselben verschiedene theils öffentlich auffgesteckt/ theils aber ganz verborgen/ damit nemlich dardurch die sechs unterschiedliche Ordnungen oder Reihen der Tuch-Wänden/ aus welchen die ganze Machina zusammen gesetzt war/ recht beleuchtet werden möchten: hierzu doch ohngerechnet diejenige Tuch-Wände/ die in der Mitte des größten Bogens in Gestalt eines Gewölcks mit etlichen das Sacrament anbetenden Engeln auffgerichtet stunden; wiewohlen vier solche Wolcken/ damit die innere Theile des Gebäudes nicht verdeckt würden/ allhier vorzustellen unterlassen. In Setz- und Aufrichtung aber der Tuch-Wänden/ wie auch Aufwählung ihrer Distanz ist eben die Art und Weiß beobachtet worden/ die ich in der 61 und 62sten Figur angeführet; und hab ich dabey auch Fleiß angekehret/ daß die in dem hintern Theil der Tuch-Wänden auffgesteckte Lichter/ den vordern Theil der innern Tuch-Wänden beleuchten könnten. So viel nun Haupt-Stücke an den zwey größern vorderen Theilen sich erzeugten/ so viel unterschiedliche Tuch-Wänden waren auch vorhanden/ deren Zusammensügungen man kaum vermercken können; und deren etliche Paare mit eisern Klammern aneinander gehengt worden/ damit sie nach Belieben weg- und wieder herbey gethan/ mithin leichter behandelt/ und auch länger erhalten werden möchten.


Ich zweiffle nicht/ daß der/ so bishero meiner Unterrichtung gefolget/ von selbst seinen Weg hierinn glücklich fortsetzen/ und noch größere/ auch bessere Werck/ dann unsere gegenwärtige seyn möchten/ erfinden und an das Licht bringen werde.

Weilen gegenwärtige Figur viel Kleinigkeiten hat, ist sie umb besserer deutlichkeit willen etwas größer als der darzu gehörige Perspectivische Grund und dessen Auffziehung in der 69. und 70. Figur gemacht worden.

Figura 71.



Figura 72.



Maas eines Romanischen Pabn.

FIGURA LXXII.

De Theatris Scenicis.

Theatris quæ jam delineavimus affinia sunt theatra Scenica: in his tamen non adeo facile reperitur punctum oculi seu perspectivæ. Præterea, quia ex obliquitate canalium intra quos moventur Scenæ, oritur ut lineæ rectæ quæ videri debent parallelæ ad lineam plani, non debeant esse parallelæ sed obliquæ, harum delineatio difficultate non caret. Incommodum istud vitari possit adhibendo canales parallelos ad poscœnium, ut alicubi fieri solet præsertim in Germania. Nihilominus usus Italicus affert hoc adjumentum, ut illi quibus incumbit suggere Actoribus, vel Scenas movere, aliisque similibus præesse, facilius lateant & liberius fungantur munere suo.

Ut brevem summam habeas eorum quæ deinde latius declaraturi sumus, hanc figuram contemplare. 1. 2. 3. 4. est vestigium aulæ quæ habet in longitudine 120 palmos Romanos, in latitudine 60 palmos, ut ostendit scala S 30 palmorum. Medietatem loci occupat theatrum, medietatem obtinent podia & loca spectatorum. O punctum in quo uniuntur lineæ visuales, D locus pro apparentiis rerum magis ac magis distantium. BC locus poscœnii, HH sunt canales obliqui, quorum latitudo est dupla latitudinis scenarum. FG frons & facies theatri. AO ejus profunditas aut longitudo. E locus pro psaltibus tibicinibus & fistulatoribus. K spatium pro spectatoribus. I vestigium podiorum, L scalæspodiorum. N ipsorum elevatio. M declivitas tabulati, cum sectione & elevatione theatri, & scenis ex latere inspectis, quæ cum suis canalibus congruunt, ut demonstrant lineæ occultæ. OO linea normalis ad lineam horizontalem. P & Q elevatio scenarum coram inspectarum, quæ introrsum flectuntur; & in latitudine congruunt cum canalibus vestigii B, in altitudine cum sectionibus elevationis M, ut constat ex lineis occultis. In eadem elevatione M pars altitudinis tribuenda est scenis, pars laquearibus R, per quæ jungitur unum quodque per telariorum. VV lineæ ad explorandum an detur vacuum inter scenas & laquearia, vel inter scenas, vel inter laquearia. In quibusdam autem scenis, loco laquearium pinguntur nubes & aër.

Die zwey und siebenzigste Figur. Von denen Schau-Bühnen.

Denen bißhero gezeichneten Theatren seynd der Comödianten Theatra oder Schau-Bühnen nicht ungleich; wiewohlen in diesen letztern der Aug-oder Perspectiv-Punct nicht so leichtlich zu finden ist: Zu dem sich auch noch eine andere Schwehrigkeit ereignet/ daß nemlich die Rinnen/ worinn die Schieber gehen/ nach der Seiten und schreg stehen: dahero dann geschiehet/ daß die Linien/ welche scheinen sollen/ als wann sie mit der Grund-Linie Parallel giengen/ nicht Parallel seyn können/ sondern schreghin lauffen müssen. Es könnte aber diese Unfügigkeit vermieden werden/ wann man die Rinnen geradhin richtete/ gleich wie man an ringen Orthen/ absonderlich in Teutschland zu thun pfelet; allein/ unsere Italianische Manier ist viel bequemer für die jenige/ so denen spielenden Personen einsagen/ oder die Schieber ziehen/ oder andere dergleichen Arbeit zu verrichten haben/ weil sie viel verborgener stehen/ und mit mehrer Freyheit ihr Amt verwalten können.

In dieser Figur hab ich dasjenige kürzlich zusammen gefaßt/ was hernach in denen folgenden Figuren weitläuffig soll außgeführt werden: da dann 1. 2. 3. 4. den Grund eines Saals angeiget/ welcher in die Länge 120. und in die Breite 60. Römische Schuh begreiffet; wie der Maasß-Stab S von 30. Schuhen ausweist. Die Helffte des Platzes wird von dem Theatro selbst/ und die andere Helffte von denen Loyes oder Stüblen und dem Stand der Zuschauer eingenommen. O ist der Punct/ wo die Gesichts-Linien zusammen lauffen. D ist der Orth für die vermeintliche Entfernungen/ und BC für das hinter Schieb-Berck. HH seynd die schrege Rinnen/ die gedoppelt breiter seyn/ als die Schieber. FG ist das vorder Theil der Schau Bühne. AO ihre Tiefe oder Länge. E der Orth für die Musicanten. K der Platz für die Zuschauer. I der Grund von den Loyes oder Stüblen. L seyn die Stiegen zu den Loyes. N ist ihre Auffziehung. M ist die Abhängungen oder Senckung des Gerüsts/ nebst dem Durchschnitt und Auffziehung der Schau-Bühne/ wie auch denen Schiebern/ wie sie nach der Seite angesehen werden/ und mit ihren Rinnen überein kommen; allemassen die blinde Linien solches zu erkennen geben. OO ist die Linie/ so Bley-recht auf die Horizont-Linie abfällt. P und Q ist die Auffziehung der Schieber nach der Seite/ welche sich einwärts wenden/ und in der Breite mit den Rinnen des Grundes/ in der Höhe aber mit den Schiebern des Profills oder Durchschnitts übereinstimmen/ wie aus den blinden Linien zu ersehen. In eben diesem Profil oder Durchschnitt M muß ein Theil der Höhe denen Schiebern/ und ein anderer Theil denen Decken R, als mittelst welcher jederzeit zwey Schieber aneinander hängen/ zu gegeben werden. VV seynd die Linien/ durch deren Hülff man erforschet/ ob zwischen den Schiebern und denen Decken/ oder zwischen denen Schiebern/ oder zwischen denen Decken noch ein leerer Orth sich befinde. Sonsten pfelet man auch an einigen Schiebern an statt der Decken eine Luft mit Wolcken zu mahlen.

FIGURA LXXIII.

Aliud vestigium theatri, ubi de modo inveniendi ejus punctum.


SI pingendæ sint scenæ theatri alicujus antea constructi, delineare oportebit vestigium Geometricum ex ipso erutum (ad formam vestigii quod cernis in hac pagina) ut inveniatur longitudo theatri, seu distantia quam ejus punctum habet à puncto A: id autem nullo negotio fiet, accipiendo distantias BC, inter primos canales, & DE inter ultimos ac ducendo visuales MO, NO: nam theatrum habebit longitudinem AO, ac punctum perspectivæ in vestigio theatri erit O. Præterea scire oportebit longitudinem & latitudinem canalium, eorumque numerum, distantias & flexus; ac præcipue curandum est ut licet sint obliqui ad lineam MN, sint invicem paralleli in unoquoque latere, ac singuli tangant lineas MO, NO. Jam si rectæ AO fiat æqualis recta FA, in F erit punctum distantiae adeoque si theatrum juxta methodum à nobis tradendam depictum fuerit, spectatori qui consistat in F apparebit veluti tabula picta juxta leges perspectivæ, posita in A.

Die drey und siebenzigste Figur.


Ein anderer Grund einer Schau-Bühne; und wie man ihren Punct finden müsse.

WAnn die Schieber eines schon vorhero gebauten Theaters gemahlt sollen werden/ so muß man zusehen/ mit besondern Fleiß aus demselben den Geometrischen Grund hernehmen/ (worzu dieser beygeriffene Grund zum Muster dienet) damit man die Länge der Schau-Bühne/ oder die Distanz/ so ihrem Punct von dem Punct A hat/ finden möge; welches dann mit leichter Mühe beschiehet/ wann nur die Distanz BC zwischen denen ersten Rinnen/ und DE zwischen denen letztern genommen/ und die Gesichts-Linien MO, NO gezogen werden; dann AO wird des Theaters Länge/ und O der Perspectiv-Punct im Grund der Schau-Bühne seyn. Ferner muß man auch die Länge und Breite der Rinnen/ in gleichem ihre Anzahl/ Distanz und Krümmungen wissen/ und fürnehmlich bedacht seyn/ daß/ ob sie schon/ gegen der Linie MN zu rechnen/ schreg stehen/ dennoch auf jeder Seiten unter und mit einander Parallel seyen/ und deren jedwede die Linien MO, NO berühren. Wann nun die Linie FA der Linie AO gleich gemacht wird/ so ereignet sich der Distanz-Punct in F, dergestaltten daß die Schau-Bühne/ wofern sie nach der Lehr-Art/ die wir an Handen geben werden/ gemahlet ist/ dem Zuschauer/ so in F stehet/ wie eine nach den Regeln der Perspectiv-Kunst gemahlten und in A auffgestellten Taffel vorkommet und anscheinen wird.

Figura 73.



Date	Description	Amount
1880	Jan 1	100.00
1880	Feb 1	200.00
1880	Mar 1	300.00
1880	Apr 1	400.00
1880	May 1	500.00
1880	Jun 1	600.00
1880	Jul 1	700.00
1880	Aug 1	800.00
1880	Sep 1	900.00
1880	Oct 1	1000.00
1880	Nov 1	1100.00
1880	Dec 1	1200.00
1880	Total	12000.00



Sectio Scenarum Theatri.

Pæter vestigium. Theatri delineanda est sectio scenarum. Itaque si acceptis mensuris altitudinis, quam punctum A unde incipit tabulatum, ac punctum D poscenii, habent supra planum horizontale FV, fiant ex perpendiculari NV tum recta ADO ex qua innoscit declivitas tabulati, tum recta NO, quæ sit parallela ad FV & æqualis rectæ AO figuræ 73, punctum theatri in elevatione est O; in poscenio vero punctum theatri est Q. Si maxima scenarum altitudo sit EB, recta OE dat altitudinem omnium reliquarum. Vera tamen altitudo cujuslibet scena est illa quam habet linea major, ex minori autem dignoscitur quantum obliquitas cujusque scenæ apparenter minuat altitudinem extremæ illius lineæ. Porro excessus quo linea major superat minorem tum in summo tum in imo, diligenter notandus est, hinc enim pendet intelligentia figuræ 75. Punctum M quod est remotum ab N quantum in figura 73 punctum F est remotum ab A, designat locum unde theatrum spectari oporteat, ut ibidem notavimus.

In construendo tabulato solet servari hæc regula, ut altitudo puncti O sit æqualis altitudini oculi, & elevatio ex A usque ad D sit nona circiter vel decima pars ipsius longitudinis AD. Expediret autem ad scenas facilius movendas, pavimento F esse profundius pavimento G, ut erecto corpore sub tabulato ambulari possit.

Profill oder Durchschnitt der Schieber an einer Schau-Bühne.

Est dem Grund der Schau-Bühne hat man auch das Profill oder Durchschnitt der Schieber zu zeichnen/ und mithin den Punct der Schau-Bühne in der Aufziehung zu finden: derothalben/ wann man vorhero das Maas der Höhe die der Punct A, wo das Gerüst anfahet / und der Punct D daß hinter Schieb-Berck oberhalb der Horizont Fläche FV haben/ genommen/ so müssen aus der Perpendicular-Linie NV beydes die gerade Linie ADO, aus welcher erkandt wird / wie viel das Gerüst abhängt/ und dann die Linie NO, welche mit FV Parallel/ und der Linie AO in der 73sten Figur æqual oder gleich seyn solle/ gezogen werden. O ist der Schau-Bühnen Punct in der Aufziehung/ und Q eben derselbe in dem hinterm Schieb-Berck. Wann EB die größte Höhe der Schieber ist/ so wird O E auch die Höhe für die andere alte geben: die wahre Höhe aber einẽ jeden Schiebers ist doch gleichwohl diejenige/ welche von der größern Linie begriffen wird; und aus der kleinern Linie hergegen sieht man nur/ umb wie viel die Höhe erdeuter größern oder außern Linie von der Schreghheit eines jeden Schiebers dem Schein nach gemindert wird. Es ist aber der Überschuss/ da die kleinere Linie von der größern Linie so wohl zu oberst als zu unterst übertruffen wird/ fleißig zu merken: dann hieraus muß die 75ste Figur ihren Bestand und Auflegung bekommen. Der Punct M, so von N so weit abstehet / als der Punct E in der 73sten Figur von A entfernt ist / setzt den Orth an/ von dannen man die Schau-Bühne ansehen und betrachten muß; wie wir allda angemerket haben.

Beÿ Aufrichtung des Gerüstes wird diese Regel beobachtet: O soll der Höhe des Menschlichen Augs gleich/ und die Aufziehung von A bis zu D ungesehr der neunthe oder zehende Theil der Länge AD seyn. Sonsten wäre es auch bequem/ daß der Boden F tieffer als der Boden G gemacht würde / damit diejenige / welche die Schieber zu sehen haben/ untr dem Gerüst oder Brücke aufrechts und ungebücht hin/ und wieder gehen könnten.

FIGURA LXXV.

Elevatio scenarum coram inspectarum: ubi docetur artificium ut scenæ obliquæ appareant rectæ.

Scenæ quas vides in S, habent suam latitudinem à vestigio figuræ 73, altitudinem ab elevatione figuræ 74, ac censentur erectæ & canalibus insertæ, quæ omnia repræsentantur etiam figura 72 in P & Q. Velim observes quantum elevetur tabulatum in principio A, in poscenio D, & in puncto theatri O. Similiter notare oportet elevationem singularum scenarum, quæ propter obliquitatem canalium flectuntur introrsum, iccirco lineæ BL, KI partis C non videntur parallelæ ad lineam plani ut reipsa sunt; ac visualis LF non tendit ad punctum oculi O, sed ad punctum F. Si autem excessus apparens, quem recta BK habet in summo & imo supra rectam LI transferatur in partem E scenarum (iidem excessus desumi etiam possunt ex figura 74) ac ducantur rectæ LG, IH, habebuntur lineæ apparenter parallelæ ad lineam plani. Si fiat recta LO, quæ cum LG faciat angulum GLO æqualem angulo BLF, eadem LO tendet exactissime ad punctum O oculi, eaque utendum erit ut visuali.

In P supponimus scenas M & N jacere super pavimento unas super aliis, ac duas lineas RT, habere distantiam eandem cum duabus LI, & ita in reliquis scenis. Ubi notandum est, lineas RS, TV, easdem esse cum lineis LG, IH scenarum E: nihilominus lineas RS, TV non esse parallelas, quum tamen LG, IH videantur parallelæ. Proinde, si fiat recta RL, & anguli SRL, GLO sint æquales, recta RL utendum erit tanquam visuali, in L erit punctum accidentale oculi pro pingendis scenis N, ac lineæ RS, TV habebuntur ut parallelæ: id autem quod superest in telario ultra tales lineas, pro nihilo computabitur, ibique pingetur aër aut aliquid aliud. Punctum accidentale oculi pro pingendis scenis M erit in I.

Die fünff und siebenzigste Figur.

Auffziehung der Schieber von vornen; und wie die Schreg-stehende Schieber gemacht werden sollen/ daß sie gerad zu seyn scheinen.

Die Schieber/ so man hier in S sieht/ haben ihre Breite von dem Grund der 73sten Figur/ und die Höhe von der Auffziehung der 74sten Figur; und hat man sich einzubilden/ als ob sie gerad aufgestellt wären/ und in ihren Rinnen stünden: wie solches alles auch in der 72sten Figur in P und Q vorgestellt wird. Man soll aber wohl in Obacht nehmen/ wie hoch das Gerüst in A, in dem hindern Schieb-Werck D, und in dem Punct der Schau-Bühne O erhoben seye: so muß man gleichfalls die Auffziehung oder Höhe eines jeden Schiebers fleißig bemerken/ weil sie/ in dem sie in schregen Rinnen stehen/ auch schreg werden und sich einwärts wenden; so daß die Linien BL, KI auf der Seite C mit der Grund-Linie nicht Parallel (wie sie doch in Wahrheit seynd) zu seyn scheinen; und daher die Gesicht-Linie LF nicht nach dem Aug-Punct O, sondern nach dem Punct F gehet. Nichts desto weniger/ wann das wenige/ umb welche die Linie BK zu oberst und zu unterst dem Schein nach über die Linie LI vorraget/ auf den Theil oder Seite E der Schieber (dergleichen Ueberrest können auch aus der 74sten Figur genommen werden) übergetragen/ und die Linien LG, IH gezogen werden/ so scheinen alsdann diese letztere mit der Grund-Linie Parallel zu lauffen. Wann man hernach die Linie LO ziehet/ doch also/ daß der Winkel GLO dem Winkel BLF gleich seye/ so wird eben besagte Linie LO ganz gerad auf dem Aug-Punct O zutreffen/ und an statt der Gesicht-Linie dienen.

In P hat man sich einzubilden/ als ob die Schieber M und N auf der blatten Erden einer ob dem andern liege/ und die zwey Linien RT eben die Distanz hätten/ so die zwey Linien LI haben: und also auch bey den übrigen Schiebern. Es ist aber zu mercken/ daß/ ob schon die Linien RS, TV und LG, IH bey denen Schiebern E einerley sind/ doch gleichwohlen RS, TV nicht Parallel seyn/ ungeachtet LG und IH Parallel zu seyn scheinen. Dannhero wann die Linie RL gezogen wird/ daß die Winkel SRL, GLO gleich seynd/ so dienet die Linie RL an statt der Gesicht-Linie; L aber ist der zufällige Aug-Punct/ die Schieber N darnach zu mahlen; und die Linien RS, TV werden für Parallel-Linien gerechnet: hergegen dasjenige/ was an dem Schieber über solche Linien hinauf gehet vor nichts gehalten/ und allda entweder eine Luft oder sonst etwas gemahlet. Der Aug-Punct aber zu Mahlung der Schieber M ergiebet sich in I.

Figura 75.







Figura 76.







FIGURA LXXVI.

Modus delineandi exemplar scenarum.

Iterum delineavimus scenas erectas super tabulato; in B nudas, in A depictas, additis projecturis coronicum & aliorum ornamentorum. Deformatio scenarum A eruitur methodo consueta ex vestigio C, in quo videbis lineam plani deorsum protractam. Vestigium autem Geometricum est in D.

Die sechs und siebenkigste Figur.

Wie man ein Muster zu Schiebern zeichnen solle.

Der hab ich abermahl einige Schieber/ so auf der Brücke auffgerichtet stehen/ gezeichnet. In A seynd sie noch bloß und ohne Farben/ in B aber gemahlt/ mit sambt denen Vorragungen der Gesämbfen und anderer Zierathen. Der perspectivische Schieber-Riß A wird auf die gemeine Weiß aus dem Grund C, wo ich die Grund-Linie abwärts gezogen habe/ hergenommen. Der Geometrische Grund der Schau-Bühne aber zeigt sich in D.

FIGURA LXXVII.

Multi Reticulandi & pingendi scenas theatri.




Postquam in pavimento exactissimè disposueris tum poscenium, tum ex ordine scenas reliquas unam alteri incumbentem, ut figura 75 declaravimus, fiet linea horizontalis, in qua notanda sunt tria puncta perspectivæ, unum in O usui futurum in pingendo poscenio, ac due reliqua hinc inde, singula videlicet pro scenis partis oppositæ. Jam supponendo quod in parvo exemplari A primæ scenæ facta fuerit reticulatio per quadrata perfecta; proportionalis divisio fiet tum in recta HI primæ scenæ B, tum in recta CD. Postea ex puncto E per singula puncta divisionum rectæ HI, fient visuales, adhibendo funiculum colore nigro imbutum; earumque ope ut figura ostendit, reticulare oportebit scenam B, tum remota eam scenam illi subjectam, & eodem modo aliam & aliam; ac demum per divisiones quas in recta LM faciunt visuales ex puncto E, absolvetur reticulatio poscenii, cujus quadrata esse debent perfecta, secus quadrata scenarum. In parte inferiori paginæ, duæ scenæ G & F ostendunt ornamenta quæ in scenis depingi possunt. Velim autem observes, tum lineas transferas cononicum, quæ non sunt invicem parallelæ, tum visuales, quæ tendunt ad puncta opposita. Nam ejusmodi lineæ continent duas peculiare difficultates projectionum theatralium; easque ut superes, exacte servandæ sunt regulæ quas declaravimus.

Die sieben und siebenzigste Figur.

Wie man die Schieber an denen Schau-Bühnen gettern
und mahlen solle.

Nachdem zuvor beedes das hintere Schieb-Werck/ und dann die übrige Schieber der Ordnung nach/so daß immer einer ob dem andern lieget/wie wir in der 75sten Figur vermeldet/aufs genaueste auf den Boden hingeleget worden; so ziehet man alsdann die Horizont-Linie/ in welcher drey Aug-oder Perspektiv-Puncten zu bemerken seyn; einer nemlich in O, vermittelst dessen das hintere Schiebwerck gemahlet wird/ferner einer zu den Schiebern diß- und endlich einer zu den Schiebern jenseits. Wann man sich nun einbildet/daß in dem kleinen Tisch A des ersten Schiebers das Gatter mittelst vollkommener Vierecke verfertigt worden/so muß man nach Proportion derselben die Linie HI am ersten Schieber/ wie auch die Linie CD ein- und abtheilen. Worauf weiters aus dem Punct E durch jeden Puncten der Eintheilungen der Linie HI Gesicht-Linien gezogen/ zu dem Ende eine in schwarze Farbe getauchte Schnur gebraucht/ so dann vermittelst besagter Gesicht-Linien/nach Ausweis der Figur/der erste Schieber B, und nach desselben Vollendung der nechst darunter liegende Schieber/auch auf solche Weiß die andere alle gegettert werden sollen. Endlichen hat man mittelst der Abtheilungen der Linie LM das hintere Schieb-Werck zu gettern/ als an welchem alle Vierecke ihre gebührende Vollkommenheit haben müssen/ da hergegen solche bey den vier Ecken an denen Schiebern nicht erfordert wird. In dem untern Theil des Blatts siehet man an denen Schiebern G und F einige Zierrathen/ wie die Mahler selbige darmit zu schildern pflegen. Es seynd aber hiebey so wohl die Zwerch-Linien der Gesämbfen/ welche unter einander nicht Parallel seynd/ als auch die Gesicht-Linien/so nach denen gegen überstehenden Puncten lauffen/wohl in acht zu nehmen: immassen in dergleichen Linien zwey sonderbahre Schwierigkeiten/ das Perspektiv der Theatren oder Schau-Bühnen betreffend/ begriffen sind; welche Schwierigkeiten aber zu heben/die angeführte Regeln aufs genauest und fleissigste beobachtet werden müssen.

Figura 77.






Figura 78.




FIGURA LXXVIII.

De projectionibus horizontalibus.

Quemadmodum facilius est deformatio columnarum jacentium quam columnarum erectarum; nam lineæ quæ in istis sunt perpendiculares, in illis sunt visuales, ac nullus circulus amittit suam formam: ita projectiones horizontales, quas in laquearibus delineare necesse est, contra quam Pictores imaginantur, expeditiores & faciliores sunt verticalibus, quas huc usque tractavimus: Nam ut stylobatæ & columnæ appareant erectæ, pingendæ sunt veluti jacentes.

Deformationes horizontales auspiciamur à mutulis, quia columnæ ac stylobatæ identidem iis imponuntur, ut magis in prospectu sint. Ob diverfitatem vero quam habet latus mutuli à sua facie, utriusque delineationem Geometricam seorsim in hac figura exhibemus.

Die acht und siebenzigste Figur.

Von denen Horizontal-Perpectiven.

Beideich wie es viel leichter ist/siegende/als aufrecht-siehende Säulen perspectivisch zu zeichnen; gestalten die Linien / so bey diesen letztern Perpendicular abfallen/bey denen erstern zu Gesichtes Linien werden; und kein Zurück seine Form verlieret; also seyn die Horizontal-Perpective / so man an denen Gedissen oder Decken zu machen hat/dem gemeinen Wahn der Mahler ganz zu wider viel leichter und geschwinder/ dann die bishero verabhandelte Vertical-Perpective zu verfertigen: dann es müssen die Säulen und Fuß-Gestelle/die scheinen sollen/ als ob sie aufrecht stünden/ gemahlt werden/ als wann sie auf der Erden liegen.

Solche Horizontal-Perpective nun wollen wir mit denen Tragsteinen beginnen; weilen die Säulen und Fuß-Gestelle öfters auf selbige gestellt werden/damit man sie desto besser sehen möge. Indem aber zwischen der Seite und dem vorder-Theil des Tragsteins ein grosser Unterscheid sich ergibt/ so wird eines jeden Geometrischer Riß besonders in dieser Figur vorgestellt.

FIGURA LXXIX.

Projectiones vestigii & elevationis mutuli.

Facies mutuli quam delineavimus figuræ 78 gerit hic munus vestigii: latus vero gerit munus elevationis, ut ostendunt lineæ occultæ, quæ ex divisionibus faciei tendunt ad punctum oculi, ex divisionibus lateris tendunt ad punctum distantia (puncta oculi ac distantia in hac & sequentibus figuris cadunt extra paginam.) Per sectiones harum linearum ducuntur lineæ quæ terminant singulas partes vestigii deformati; hujusque adjumento ducitur elevatio lateris, ac methodo consueta latitudines & longitudines mutuli solidi eruuntur ex vestigio, altitudines ex elevatione.

Hic & deinceps nomina longitudinis & altitudinis usurpamus, veluti planum cujuslibet perspectivæ esset verticale; in qua suppositione, IL esset latitudo mutuli, SR altitudo, RL longitudo: quum SR revera sit longitudo, RL altitudo. Ad faciliorem descriptionem hujus figuræ observandum est, rectis IL, LM, GH hujus paginæ esse divisiones rectorum DC, FE, AB figuræ 78.


Die neun und siebenzigste Figur.

Perspectivisch auffgezogener Grund des Trag-Steins.

Das vorder-Theil des Trag-Steins/so in der 78sten Figur abgerissen stehet / verſihet hier die Stelle des Grundes; die Seite aber dienet an statt der Auffziehung/wie die blinde Linien ausweisen/ als die aus den Abtheilungen des vorder-Theils nach dem Aug-Punct/ und aus den Abtheilungen der Seite nach dem Distanz-Punct lauffen; (der Aug- und der Distanz-Punct stehen so wohl in dieser als auch nachfolgenden Figuren auſſer dem Blatt.) Die Abſchritte dieser Linien geben uns die Verkürzung zu dem Grund/den man in allen seinen Theilen gehend und umbreiffen muſs; durch deſſen Hülfſſ ſo dann die Auffziehung der Seite verfertigt / und auf gewöhnliche Weiſſ aus dem Grund die Breiten und Längen des dichten Trag-Steins / aus der Auffziehung aber die Höhen hergenommen werden.

Bei dieser/wie auch folgenden Figuren gebrauch ich die Nahmen der Länge und Höhen nicht anders / als wann das Planum eines jeden Perspectiv's Vertical wäre: in deſſen Anſehung dann IL die Breite des Trag-Steins/SR die Höhe/und RL die Länge wäre; da doch SR in Wahrheit die Länge/und RL die Höhe ist. Diese Figur aber deſſo leichter zu zeichnen/ muſs man mercken/ daſ in den Linien IL, LM, GH eben die Abtheilungen befindlich/ die in denen Linien DC, FE, AB bey der 78sten Figur zu ersehen seyn.

Figura 79.








Figura 80.

FIGURA LXXX.

Horizontalis projectio mutuli in umbrati.

IN hac figura suas umbras mutulo addidimus: eumque si in altum supra oculum elevaveris, & ex distantia quam ipsi dedimus suspexeris; miraberis profecto. In alium longe concinnioerem subito mutatum fuisse.

Die achtzigste Figur.

Schattierter Trag=Stein im Horizontal=Perspectiv.

In dieser Figur haben wir dem Trag=Stein seine Schatten gegeben; und hat man sich/wenn man ihn in die Höhe über das Aug hinauf erhebt/und von der Distanz aus/die ihm gesetzt ist/besähet/gerwisslich zu verwundern/wie er so schnell eine artigere Manner und Gestalt umb ein merckliches bekommen habe.

FIGURA LXXXI.

Stylobatae Corinthii horizontaliter contracti.


IN deformandis hisce stylobatis uti sumus projectione vestigii & elevationis, quam exhibet figura 12; ut figuram illam cum ista conferenti manifestissime constabit. Porro stylobatas pingi solere incumbentes mutulis, diximus figuræ 78.

Die ein und achtzigste Figur.

Corinthische Fuß=Gestell im Horizontal-Perpective.

